

3. Tagebuchbeilagen

Brief von Christian Philipp Doelle an August Hermann Francke.

Dölle, Christian Philipp

Glauchau (Halle (Saale)), 27.09.1715

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-51860

VIR maxime Reuerende, Amplissime
atque Doctissime,

Fautor et Patrone omni honoris
cultu prosequende.

Quamquam animus meus diu fluctuauit, utrum
michi liceat, præ auribus TUIS præsertim occupa-
tissimis, ineptis his litteris obstrepere, quia non
minus impudens quam importunum videbatur:
iussis tamen Domini Inspectoris Hempelii obse-
cutus, præsentem has litteras TIBI tradendas
scripsi, præsertim de humanitate TUA cum cogi-
tarem, qua alios semper es complexus, excita-
uit me illa, ut etiam mihi eam conciliare tentarem.

80
Nudius quartus a parente meo litteras
ac mandata accepi, quibus, ut instante die
Michaelis festo vitam scholasticam cum a-
cademica commutarem, iussus sum; Quum
igitur me tanquam filium deceat, ut impera-
ta a parente accepta accurate faciam, adeoq;
quamprimum fieri possit, in urbem immigrare
cogar, humillime a T E peto, ut me hac scho-
la quae est in orphanotrophio Gtauchenfi di-
mittas, atq; ita dimittas, ut sequenti hebdo-
made discessu non prohibear. Me quidem non
fugit, leges nostras scholasticas velle, ut omnes
discipuli discessuri in examine publico ultimū
dicant vale; Quum vero parens in litteris
expressis (ut ipse inuenies) verbis praeceperit, ut
simulatq; dies Michaelis festus aduentaret, disce-
derem, non ignorans, hoc tempore collegia tenuo

inchoari academica, quæ ut ab initio audian-
tur neque principium tanquam caput rei ne-
gligatur, multum interest; prætereag in præ-
senti valetudinis meæ ratio ita sit constitu-
ta, ut nullo modo publice vale ultimum dicere
liceat: siquidem excretio sanguinis, qua ante
nonnullos dies conflictatus sum, tantos in pecto-
re reliquerit dolores, ut clara voce orationem pu-
blice habere non valeam; spero fore, ut secun-
dum eam, quæ TUA est humanitas, preces meas
non respiciatur sed illis locum sis relicturus.
Quod reliquum est, me TUÆ humanitati
commendo semper permanes.

T U I

Glauchæ ad Halam

V Calendarum Octobr.

clō MCC XV.

obedientissimus
Christianus Philippus Dölle

Viro maxime Reuerendo, Amplis-
simo atque Doctissimo Augusto
Hernando Fraxio Profefori
S.S. Theologiae dignissimo, Hau forti
ac Patrono meo ~~boni~~ honoris cultu
prosequenda.

Itala Magdeburgica